

6. V.

Argumenta opposita sententiae contra conclusionem, & rationem.

153 PRO opposita sententia refertur Scotus in 2. dist. 2. quest. ultim. art. vii. cum aliquibus eius discipulis, Molina, & alij. Pro qua arguitur: Angelus nequit moveri motu discreto, dum est in termino a quo, nec dum est in termino ad quem, nec dum est in aliqua via intermedia: ergo non potest moveri discreto. Consequentia est certe bona: quia non est excoGITABILIS alius modus, quo possit motu discreto moveri. Antecedens verò quoad primam, & secundam partem est evidens: Et propterea D. Thomas in 1. dist. 37. quest. 4. art. 1. ad 3. loquens de motu discreto Angeli, ait: *Nec in A movetur, nec in B movetur, licet A & B sint partes eius.* Quoad tertiam etiam ostenditur ex D. Thoma hic art. 1. ad 1. ubi ait, quod Angelus tunc solum est partim in termino a quo, & partim in termino ad quem, quando movetur motu continuo; hoc autem idem est ac moveri in aliqua via intermedia: ergo motu discreto non movetur, dum est in aliqua via intermedia. Idem deducitur ex his, quae docet in hac eadem quest. art. 2. ad 3. nullam concedens moram inter terminum a quo, & terminum ad quem. Et ideo omnes Thomisti cum suo Angelico Mag. docent, nullum dari spatium medium ut tale pertanabile motu discreto, & peti ab eo tantum duo instantia immediata sine mora intermedia.

154 AD hoc argumentum respondetur, concedendo antecedens quoad omnes eius partes. Sed adhuc restat alius modus explicandi motum discretum; & sic neganda est consequentia. Nam Angelus movetur, dum successively est in vtroque termino, prout vnus dicit habitudinem successioneis ad alium: *moveri* enim nihil aliud est, quam vnum locum deserere, & alium acquirere: ad quod requiritur duplex instans, ita ut in vno deseratur terminus a quo, & in alio acquiratur terminus ad quem. Quam solutionem desumpsimus ex D. Thoma loco relato Sent. vii. post verba nobis obiecta immediate subiungit: *Sed successio horum, quod est esse in A, & esse in B, motus eius vocatur.*

Ad quam solutionem illustrandam notanda est quaedam preclara doctrina Caiet hic art. 1. §. In responsione ad 1. ubi ait, quod existentia in termino a quo potest sumi dupliciter, vel absolute & secundum se, vel prout dicit ordinem potentialitatis ad terminum ad quem: sibi immediate succedentem. Pariter terminus ad quem etiam potest considerari vel secundum se & absolute, vel cum ordine actionis & terminationis praedictae potentialitatis. Licet ex-

liber: Angeli mensurantur, bene potest vnus instans alteri immediate succedere, quamvis non possit in tempore nostro. Pro quo sciendum est, quod instantia angelica, ex quibus tempus discretum Angeli constat, sunt durationes operationum Angeli motu indivisibili, id est, simul, & non per partes factarum, scilicet, quod totum passum simul attingitur. Nam hoc ipso quod aliqua operatio Angeli hoc modo fiat, est daret per vnam horam, vel annum nostri temporis, habet talis operationis duratio correspondere modo indivisibili tota omnibus partibus & instantibus talis horae vel anni, & tota cuilibet parti & indivisibili illius. Eo proportionali modo, quo Angelus, ex hoc quod est in loco indivisibili modo indivisibili, totus correspondet toti loco, & totus cuilibet parti, & cuilibet indivisibili illius. Ex quibus constat, quod est desitio termini a quo fiat in instanti nostri temporis, & acquisitio termini ad quem fiat in tempore nostro immediate sequenti, potest hoc tempus esse, seu correspondere instanti angelico, si talis acquisitio tota simul & modo indivisibili fiat: & sic illi instanti desitionis termini a quo, & huic tempori acquisitionis termini ad quem duo instantia angelica correspondent, ex quibus, hoc ipso quod successively se habeant (non successione continuationis, sed immediationis) componitur tempus discretum Angeli, quo motus eius discretus mensuratur.

155 Arguitur secundo (& procedit contra modum explicandi motum Angeli discretum) Nam iuxta illum motus exigit, quod totus terminus a quo simul deseratur, & totus terminus ad quem simul acquiratur; sed Angelus nequit totum terminum ad quem simul acquirere: ergo vel Angelus nequit moveri discreto: vel minus recte descripsimus motum Angeli discretum. Minor probatur: Nam totus Angelus est in termino a quo: ergo cum terminus a quo non aequè distet ab omnibus partibus termini ad quem, sequitur, quod nec Angelus ut existens in termino a quo aequè distet ab omnibus partibus termini ad quem: ergo neque potest simul omnes eas acquirere.

Et confirmatur: Quia si Angelus totum terminum ad quem acquireret simul, illum acquireret in instanti; sed hoc non potest dici: ergo Minor constat; alias ex derelictione termini a quo, & acquisitione termini ad quem non resultaret vnus motus. Maior verò probatur: Ideo non acquireret in vnico instanti, quia vnus instans requiritur ad deserendum terminum a quo, & alium ad acquirendum terminum ad quem; sed hoc est falsum: tum, quia duo instantia nequeunt immediate succedere, quia in eodem instanti, quo deseritur vnus locus, acquiritur alter, ne dicatur dari aliquid instans, in quo non est in aliquo loco: ergo acquireret terminum ad quem in vnico instanti.

156 Ad argumentum respondetur, quod sicut Angelus prius non existens in aliquo loco, potest se simul collocare in toto loco divisibili; ita prius existens in vno loco aut divisibili, aut indivisibili, potest simul acquirere alium locum divisibilem quia huic obstat maior distantia vnus partis termini ad quem, quam acrius. Et ratio est eadem vtroque: Quia cum Angelus non sit in loco, nec movetur localiter commensurative ad illum, satis est quod omnes partes termini ad quem continentur intra sphaeram suae activitatis: & quae ibet distantia intra eam contentam est prorsus de materiali. Sicut si anima rationalis existens in vno corpore migraret ad informandum aliud, quae simul informaret partes distantes illius, ac magis propinquas corpori priori.

Ad confirmationem respondetur, distinguendo mai. si ly *acquirere* refertur ad meram acquisitionem absolute & secundum se acceptam, conc. mai. si refertur ad talem acquisitionem, prout dicit habitudinem supra descriptam ad terminum a quo, neg. mai. Et ad eius primam probationem dicimus, quod in tempore discreto & angelico, quo motus discretus & operationes

liber: Angeli mensurantur, bene potest vnus instans alteri immediate succedere, quamvis non possit in tempore nostro. Pro quo sciendum est, quod instantia angelica, ex quibus tempus discretum Angeli constat, sunt durationes operationum Angeli motu indivisibili, id est, simul, & non per partes factarum, scilicet, quod totum passum simul attingitur. Nam hoc ipso quod aliqua operatio Angeli hoc modo fiat, est daret per vnam horam, vel annum nostri temporis, habet talis operationis duratio correspondere modo indivisibili tota omnibus partibus & instantibus talis horae vel anni, & tota cuilibet parti & indivisibili illius. Eo proportionali modo, quo Angelus, ex hoc quod est in loco indivisibili modo indivisibili, totus correspondet toti loco, & totus cuilibet parti, & cuilibet indivisibili illius. Ex quibus constat, quod est desitio termini a quo fiat in instanti nostri temporis, & acquisitio termini ad quem fiat in tempore nostro immediate sequenti, potest hoc tempus esse, seu correspondere instanti angelico, si talis acquisitio tota simul & modo indivisibili fiat: & sic illi instanti desitionis termini a quo, & huic tempori acquisitionis termini ad quem duo instantia angelica correspondent, ex quibus, hoc ipso quod successively se habeant (non successione continuationis, sed immediationis) componitur tempus discretum Angeli, quo motus eius discretus mensuratur.

157 Nota tamen pro plena huius luce, quod licet instans angelicus possit correspondere, & coexistere tempori nostro, v.g. vni anno, hęc tamen coexistentia non est intelligenda sicut coexistentia aternitatis respectu rerum temporalium: quia aternitas, vt potest infinita, taliter ambit omne tempus, vt ab aeterno coexistat physice rebus omnibus creatis. Instans verò angelicum propter suam limitationem non se extendit ad coexistendum rebus materialibus, donec sint existentes in se & in propria mensura; sicut de quo diximus tract. 1. disp. 5.

Ad secundam probationem: dicendum est, quod licet in eodem instanti, quo acquiritur terminus ad quem, deseratur terminus a quo, tempus tamen discretum Angeli debet consistere ex instanti, in quo est terminus a quo, & ex instanti in quo collocatur in termino ad quem immediate illi succedente: quia motus discretus est transitus ab esse in vno loco ad esse in alio loco. Vnde sicut necessariò praerequitur existentiam immediate successivam in duplici loco, ita necessariò exigit duplex instans, taliter vt vnus immediate alteri succedat. Et ita intelligendum est, quod supra diximus, scilicet quod derelictio termini a quo fit in vno instanti, & acquisitio fit in alio immediate succedenti: quia instans, quod mensurat existentiam in termino a quo, etiam se tenet ex parte ipsius ter-

Paul. Theol. Salm. Tom. II.

mihī a quo, & ipse transitus habet rationem cuiusdam medij, ratione cuius potest quodammodo dici, quod partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem.

DUBIUM IX.

An Angelus possit transire de extremo ad extremum non transiundo per medium?

158 PRO resolutione huius dubij, praef. art. 2. Nota primò, duplex esse medium, aliud participans de extremis, & alterum non participans: nam sicut in quantitate continua duo genera partium distinguunt Philosophi, communicantiam videlicet, & non communicantiam; ita medium debet dividi in participans & non participans. Quae ita explicantur: Demus, quod Angelus existit in primo palmo vnus corporis tripalmaris, & velit transire ad tertium palmarum; tunc palmus secundus est medium non communicans, quia nihil extremorum participat, sed potius habet suam magnitudinem determinatam, prout distinctus ab alijs duobus. Medium verò participans est, si spatium sit bipalmaris, & palmus medius desumatur ex semipalmo quolibet extremi. Inter quae media hoc praecipuum reperitur discrimen apud omnes Doctores, quae cum medium communicans fiat per partes proportionales, non mediat actu, sed in potentia; medium verò non communicans mediat actu, & facit extrema actu distare. Ex quo oritur aliud discrimen, quod media communicantia sunt infinita in potentia, secus verò non participantia. Et ratio est: nam cum partes proportionales, & puncta cuiuslibet quantitatis sint infinita, potest a quolibet puncto mensurari aliquis palmaris, qui aliquid participet de primo, & aliquid de secundo: ac proinde media participantia erunt infinita in potentia: hoc autem non habet locum in partibus aliquotis & determinatis & non participantibus, vt ex se liquet.

Nota secundo, dupliciter posse intelligi, quod Angelus de vno extremo transeat per medium, vel ita vt prius duratione transeat per medium, quam perveniat ad extremum; vel ita vt prius tantum ordine naturae transeat per medium.

159 Hinc merito supponunt omnes Theologi, Angelum posse transire de extremo ad extremum, absque eo quod transeat per medium participans, ita vt prius ordine durationis non sit in medio participanti. An verò oporteat, vt prius ordine naturae se collocet in hoc medio, quam perveniat ad extremum, sub lite habetur. Vnde titulus quaestiones est: an Angelus possit transire de extremo ad extremum, absque eo quod

transcat per medium sive participans, sive non participans, ita ut existentia in medio nullam prioritatem importet respectu existentia in extremo?

160 Nota tertio, intentionem huius dubij non esse, quod nullum medium inter partes extremas intantum relinquatur, vel non relinquatur: quia, ut ex supra dictis num. 115. constat, Angelus sive motu continuo, sive discreto potest pertransire de vno loco in alium, quin detur contiguitas aut continuitas inter ea. Sensus ergo illius est: an dum Angelus movetur de vno loco divisibili ad alium divisibilem, prius debeat pertransire per partes propinquiores loco praesentis, quam perveniat ad partes remotiores? Difficultas tamen haec nequit procedere de motu continuo & successivo: quia omnes etiam supponunt Angelum hoc genere motus, antequam perveniat ad extremum, debere omnino pertransire prius per medium, *ly prius* dicente non solum prioritatem naturae, sed etiam durationis: unde solum procedit de motu discreto. Neque procedit de modo, quo Angelus hoc motu potest moveri virtute divina: quia etiam supponit, non repugnare, quod Angelus transcat de extremo ad extremum, quin transcat per medium: Et ideo difficultas procedit de Angelo, suis viribus naturalibus relicto.

161 Circa quam difficultatem tres versantur opiniones, duae extremae, & una media. Prima extrema defendit, Angelum naturaliter posse motu discreto se transferre de vno loco extremo ad alium extremum non transendo per medium. Ita D. Thomas in praef. quaest. 5. art. 2. ubi Caiet. Serra, Bañez, Zumel, Nazarius, Ioann. a Sancto Thoma. N. Salm. disp. 3. dub. 5. & passim Thomisticae, quibus suffragantur ex Societate Vazquez disp. 196. cap. 2. & alij pauci. Altera extrema negat, posse Angelum naturaliter transire de vno extremo ad alium sine transitu per medium, sed absolute defendit, quod prius ordine durationis debet existere in medio non participante, quam existat in extremo. Ita Richard. D. Bonav. Alenf. Rubion, Gabriel, Molina, Valencia, Arrubal, Suarez (quamvis lib. 4. de Angelis cap. 18. primam tunc ut *probabilem*) & communiter Patres Societatis. Tertia demum sententia distinguit inter medium participans, & non participans, & docet, Angelum posse naturaliter transire de extremo ad extremum, quin prius transcat per medium participans, *ly prius* dicente ordinem durationis, non ordinem naturae; non vero posse transire de extremo ad extremum sine transitu per medium non participans dicente non solum ordinem naturae, sed etiam ordinem durationis. Ita Scotus in 2. dist. 2. quaest. 12. cum omnibus eius discipulis.

*** **

§. I.

Sententia D. Thoma, & eius Schola.

162 Dicendum est, Angelum posse transire de vno loco extremo ad alium extremum, quin transcat prius per medium non participans, *ly prius* dicente prioritatem sive durationis, sive naturae. Pro qua sententia extant plura & expressa D. Thomae testimonia, videlicet in 1. dist. 37. quaest. 4. art. 2. ibidem ad Annib. quaest. 2. art. 1. ad 4. quodlib. 1. art. 5. alijque in locis, quae videri possunt apud N. Salm. loco proxime allegato.

Et probatur primo ratione: Nam Angelus, quia est in loco per suam operationem liberè applicatam, non dependet à spatio sui loco, in quo est, neque est obligatus legibus eius, sed est in eo, & movetur per ipsum ut subdus illum suæ voluntati: ergo potest moveri de extremo ad extremum non transendo per medium. Consequentia probatur: Tum, quia propter eandem rationem, quae Angelus potest se eximere ab omni loco, potest etiam existere in loco sibi adequato, vel in sola parte illius, vel in partibus extremis, quin existat in intermedijs: ergo etiam potest se movere localiter de extremo ad extremum sine transitu per medium. Quam rationem desumpsimus ex D. Thoma loco citato Sent. Tum etiam: nam ideo corpus non potest moveri de extremo ad extremum sine transitu per medium, quia est subditum legibus loci & omnino commenturatum cum illo: ergo, si Angelus non est subditus loco, potest transire de extremo ad extremum sine transitu per medium. Quam probationem adducit Div. Thomas quodlib. cit. ¶ Et confirmatur: Nam ideo corpus Christi potest desinere esse in media parte hostiae consecratae remanendo in partibus extremis, quia est in species modo elevatus: sed Angelus, quia est in loco per suam operationem, est in loco modo elevato: ergo potest transire de extremo ad extremum sine transitu per medium.

163 Rationi communiter respondent Adversarij, quod est Angelus non pendeat à conditionibus loci ut circumscriptis, ob quam rationem potest moveri de extremo ad extremum non pertransito medio participante, quod nequit facere corpus dependens ab illo ut circumscriptis; dependet tamen à conditionibus loci ut distinctis, quia ita est distinctivè in vno loco, quod non sit alibi, & hoc sufficit, ut Angelus non possit moveri localiter de extremo ad extremum sine transitu per medium non participans; aliàs posset se movere ab hoc loco in alium quantuncumque distantem in infinitum synchegorematicè; quod est contra rationem limitatæ virtutis. ¶ Confirmationi respondent, pari-

ta-

tatem non esse ad rem: quia corpus Christi non est in hostia tanquam in loco: Et quia existentia corporis Christi fit virtute divina.

Sed solutio adhibita rationi facile refellitur ex concessis ab Adversarijs. Tum, quia quod Angelus existens in vno loco in hoc instanti possit se collocare in sequenti instanti in alio, quantumvis distantem, non arguit infinitam perfectionem & virtutem: ergo id concedendum est virtuti naturali Angeli. Antecedens communiter admittunt Adversarij. Consequentia verò probatur: Tum, quia ille transitus ab vno loco ad alium, quantumvis distantem, fundatur in omnimoda independentia & superioritate à commensuratione loci, sed hoc competit virtuti naturali Angeli: ergo si non arguit infinitam perfectionem & virtutem, non est, cur negetur virtuti naturali Angeli.

Tum etiam: nam tunc distantia maior aut minor requirit maiorem vel minorem virtutem, quando Angelus existens in vno loco se vellet collocare simul in alio; sed quoad hoc non est idem Angelum existere in locis quantumvis inter se distantibus, ac transire de vno loco in alium quantumvis distantem: ergo non est contra virtutem naturalem Angeli transire de vno loco ad alium quantumvis distantem. Minor probatur: nam ad illud prius requiritur sphaera determinata, in qua possit simul se collocare & operari, ac proinde quo maior est sphaera, maiorem requirit virtutem; sed per illud potius non adhibetur maior sphaera, in qua simul possit operari, sed quod sicut potest se eximere ab omni loco, ita potest prius existens in vno loco se collocare postea in alio quantumvis distantem, proportionato tamen eius virtuti naturali: ergo.

Tum denique: nam ex praedicta solutione ad summum potest deduci, quod Angelus existens in vno loco non possit se transferre in alium distantem in infinitum synchegorematicè, absque eo quod transcat per medium non participans, sicut verò dum utrinque extremum est intra sphaeram adequatam suæ naturalis virtutis. Denique, quod Angeli sphaera constat ex tribus cubitis, & quod existit in primo, tunc se transferre ad vitium non arguit virtutem infinitam, imo nec virtutem excedentem virtutes naturales illius: ergo ex hoc capite non inferitur, quod Angelus non possit transire de extremo ad extremum sine transitu per medium.

164 Deinde solutio adhibita confirmationi, rejicitur: Nam quantumvis corpus Christi sit modo miraculoso in hostia seu in partibus extremis, quin sit in intermedijs, recte tamen inferitur, quod Angelus virtute sua naturali potest etiam esse tam in loco, tum in partibus extremis, quin sit in intermedijs: ergo etiam recte deducitur, quod possit per vires suas naturales transire de extremo ad extremum sine transitu

Paul. Theol. Salm. Tom. II.

per medium. Antecedens constat ex eo, quod corpus Christi esse in partibus extremis & non in intermedijs convenit ei ratione modi elevati essendi in illis, qui modus est Angelo connaturalis. Et consequentia probatur à paritate: Quia non est facilius esse in partibus extremis & non in intermedijs, quam transire de extremo ad extremum, quin transcat per medium, dummodo praedicta extrema contineantur intra sphaeram adequatam virtutis angelicæ.

§. II.

Alia rationes.

165 Secundo probatur conclusio: Nam motus localis Angeli consistit in intelligere & velle, prout sunt operationes formaliter immanentes & virtualiter transeuntes; sed Angelus intelligens unum locum extremum potest se movere ad intelligendum alium locum extremum, non cogitando de medijs: ergo etiam potest se movere localiter de loco extremo ad extremum sine transitu per medium.

166 Respondent Adversarij, permittendo mai, & concedendo min. negando verò consequentiam, propter sibi notam disparitatem. Nam propterea intellectus potest de cogitatione unius extremi se transferre ad cogitationem alterius extremi, quin cogitet de medijs, quia hic transitus est intentionalis præcisè, & per species existentes simul in illo. At dum Angelus movetur de vno loco in alium, talis transitus est physicus, & loca non sunt simul illi praesentia: & propter hoc distinctum quantumvis Angelus possit de cogitatione unius extremi transire ad aliud cogitandum, quin cogitet de medijs; non tamen potest transire localiter de vno extremo ad aliud sine transitu per medium.

Hac tamen evasio procedit ex non penetratione praedictæ rationis, quæ proculdubio est D. Thoma quodlib. 1. art. 5. Quæ sic instauratur: Nam intellectus Angeli est adeo perfectus & efficax, ut possit applicare physicè & localiter eius essentiam seu substantiam ad locum cogitatum, ut in praesenti supponimus: ergo sicut potest eius cogitatio transire intentionaliter de extremo ad extremum sine transitu per medium, ita potest physicè & localiter transire de extremo ad extremum sine transitu per medium, maxime si illa extrema contineantur intra sphaeram sui loci adequatam.

Adde: Quia sicut in Angelo sunt simul species intentionales, ita potest simul esse in partibus extremis & medijs: ergo sicut potest se retrahere à cogitando has vel illas partes, ita, existens in partibus extremis & medijs, potest se retrahere à partibus, prout sibi placuerit: ergo in retrahendo se ab aliqua parte extrema non

de

dependet à partibus intermedijs: ergo nec in dilatando se de vna parte extrema ad aliam extremam dependet à partibus intermedijs: potest igitur localiter transire de vno extremo ad aliud sine transitu per medium.

167 Per quod elucet notabile discrimen inter Angelum, & animam nostram. Nam anima vel consideratur in hoc statu illi connaturali coniunctionis ad corpus; vel in statu separationis. Si consideretur secundum primum statum, eius intellectio solum est efficax & virtualiter transiens ad corpus morvendum; sed quia hoc omnino commensuratur cum loco, non potest transire de extremo ad extremum sine transitu per medium sive participans, sive non participans, & similiter anima nostra. Si verò consideretur in statu separationis, eius intellectio non est adeo perfecta efficax, vt applicet ipsam essentiam animæ ad cogitata, sicut nec est ratio constituendi illam in loco: vnde non erit mirum, quòd possit cogitatio illius transire de vno extremo ad aliud non cogitando de medijs, & quòd non possit transire localiter de extremo ad extremum sine transitu per medium. Ceterum intellectio Angeli propter sui perfectionem, efficaciam, & approximationem ad intellectiorem divinam est ratio applicandi physice localiter, & non tantum intentionaliter, substantiam eius ad cogitata, sicut ipsa intellectio divina; & ita potest etiam esse ratio transferendi eam physice de extremo ad extremum sine transitu per medium.

168 Ultimo probatur conclusio ratione istidem Div. Thomæ hic art. 2. Angelus potest transire de extremo ad extremum sine transitu per medium communicans: ergo sine transitu per medium non communicans. Antecedens probatur (deinde probanda est consequentia) Nam inter quilibet duo loca mediant infinita loca communicantia sive divisibilia, sive indivisibilia; sed Angelus non potest motu discreto omnia illa pertransire: ergo potest transire de extremo ad extremum sine transitu per medium participans. Maior supponitur. Et minor probatur: Nam infinitum non potest pertransire dinumerando, alias perveniretur ad ultimam eius unitatem, quòd est contra rationem infiniti; sed si Angelus omnia illa pertransiret, omnia ea dinumeraret: ergo Angelus nequit motu discreto pertransire omnia loca communicantia. Præsertim quia ex Adversarijs concedunt illud antecedens. Scotus, & Suarez. Deinde consequentia primi entymematis probatur: Nam idè iuxta Authores, contrariis nequit Angelus transire de extremo ad extremum sine transitu per medium, quia ordo nature exigit, vt mobile transeat per partes viciniores ad distantes; sed hæc ratio æque probat de medijs communicantibus ac de non communicantibus, vt ex se liquet: ergo si Angelus potest pertransire de extremo ad

extremum sine transitu per medium participans, etiam poterit sine transitu per medium non participans.

Adde: Nam iuxta Adversarios Angelus vnico instanti potest transire de caelo ad terram; sed impossibile est, quòd in vnico instanti omnia media non communicantia, quæ sunt inter caelum & terram, pertranseat: ergo potest transire de extremo ad extremum sine transitu per medium non communicans. Minor probatur. Nam si in vnico instanti potest pertransire motum a caelo vsque ad terram, nullum medium impetransitum relinquendo, oportebat, quòd in eodem instanti posset naturaliter esse in pluribus locis adæquatis; sed hoc non concedunt Adversarij (quidquid sit de potentia absoluta) ergo.

169 Huic rationi respondent Adversarij, concedendo antecedens, si ad hunc modum expendatur: nempe quòd dum Angelus movetur de extremo ad extremum, non est necesse, quòd transeat per medium participans ordine durationis, iudè nec ordine nature actuali, quanvis necesse sit, quòd transeat per tale medium ordine nature potentiali. At dum movetur de extremo ad extremum, oportet, quòd transeat per medium non participans non solum ordine nature actuali, sed etiam ordine durationis. Et ratio discriminis est: quia ordo nature inter extrema habentia medium communicans est tantum potentialis; at ordo inter extrema habentia medium non communicans est actualis, sed in hoc sensu concedunt, quòd non est necesse, quòd transeat per medium participans, sed necessariò debet pertransire per medium non communicans.

Sed hæc evasio ex dictis satis convellitur: Nam quamvis medium sit communicans, non tamen potest negari, quòd pars extrema termini ad quem actu magis distat a prima parte termini à quo, quam prædictum medium communicans iuxta explicationem medijs communicantis datam in limine questionis: ergo vel huiusmodi medium debet actu pertransiri, dum pervenitur ad terminum ad quem; vel non est necesse, quòd Angelus pertranseat per medium non communicans, dum transit de vno loco extremo ad alium extremum. Patet consequentia nam tota ratio repugnantia, vt Angelus non possit transire de extremo ad extremum sine medio non communicanti, non potest provenire nisi ex ordine situati reperto inter huiusmodi medium, & locum extremum: vnde si, non obstanti quòd deat actu hic ordo inter primam partem termini à quo, medium communicans, & extremam partem termini ad quem, huiusmodi medium non debet actu pertransiri, non est caput repugnantia in eo, quòd Angelus transeat sine medio non communicanti.

Adde: Nam ex prædicta solutione saltem

se-

sequitur, quòd Angelus existens in quarta parte vine, & quòd tota vine sit locus adæquatus illius, possit actu & simul se collocare motu discreto in alijs tribus partibus vine: ergo ex ordine situati actuali harum partium non oritur repugnantia, vt Angelus queat vnica mutatione instantanea occurrere illas tres partes vine: ergo nec debet oriri, ex eo quòd transeat de vna extrema parte vine ad aliam extremam, relicto duabus intermedijs. Patet consequentia: nam ordo situatis inter eas est æqualis, & non solum potentia is: vt ex se liquet.

§ III.

Argumenta opposita opinioni.

170 **A**rguitur primò: Ordo præfixus ab agente superiori, v. g. ab Authore nature, debet necessariò servari ab agente inferiori, si operetur iuxta connaturalem rerum ordinem; sed talis ordo præfixus est inter partes huius universi ab Authore nature, vt non deveniatur de extremo ad extremum sine transitu per medium: ergo talis ordo est quoque servandus ab Angelo, tanquam agente inferiori operanti per vires sue nature in acquisitione loci distantis.

Nec refert, inquit Adversarij, si dicas cum Caietano hunc ordinem de transeundo per medium esse proprium rerum corporalium, quæ dependent a loco, secus vero spiritualium ob oppositam rationem. Non (inquam) refert: Nam quamvis immaterialitas absolvat Angelum à lege elidendi in loco circumscriptivè & per commensurationem cum eo, non tamen à lege elidendi in loco diffinitivè, hoc est, quòd ita sit hic, quòd non alibi: ratione ergo talis limitationis nequit ex se moveri de extremo ad extremum, impetransitis medijs.

Vergetur hoc: Nam si Angelus non teneretur ex natura sua servare ordinem præfixum ab Authore nature quoad transitum partium universi, & posset se movere de extremo ad extremum sine transitu per medium, id posset ad quancunque distantiam vsque in infinitum sine cathegorematicè; sed hoc est contra modum limitationis potentia locomotivæ angelicæ: ergo huiusmodi ordo præfixus est respectu Angeli.

Roboratur: Nam potestas se collocandi in maiori loco fundatur in maiori virtute Angeli: ergo potestas se collocandi in maiori & maiori loco vsque in infinitum fundatur in virtute infinita: ergo potestas se transferendi de extremo ad extremum quamvis distans fundatur etiam in activitate & virtute infinita; sed si Angelus posset transire de extremo ad extremum sine transitu per medium, posset se transferre de extremo ad extremum vsque in infinitum

tum syncategorematicè: siquidem eadem ratio est de vno loco sibi adæquato extremo ad alium extremum prætermisso medio, ac ad alium quancunque distantem: ergo.

171 Ad argumentum respondetur, suscipiendo solutionem inter arguendum datam. Ad cuius replicationem imprimis dicendum est, quòd amittit eorum suam vim, si distantia inter locum extremum ad alium extremum est adeò parva, vt contineatur intra sphaeram sui loci adæquati connaturalis. Quocirca sicut non est contra legem loci diffiniens Angelum, quòd velit se collocare vel in vna parte ex tribus sui loci adæquati; vel simul in tribus, vt concedunt Adversarij: ita non erit, quòd existens in vna parte extrema ex tribus sui loci adæquati velit se transferre ad aliam extremam sine transitu per medium: quòd sufficit ad enervandam oppositam sententiam, & ad nostram stabilendam. Neque ex hoc potest inferri, quòd Angelus possit se transferre de extremo ad extremum ad quancunque distantiam, sicut nec ex hoc inferri valet, quòd possit simul operari ad quancunque distantiam, vt ex se liquet.

Deinde dicimus, quòd licet sit contra legem loci Angelum diffiniens, quòd dum est hic tanquam in loco adæquato sit alibi; non tamen est contra eius legem, quòd ab hoc loco sibi adæquato possit, prætermisso medio, transferre ad alium extremum & sibi connaturaliter adæquatam quantumvis distantem: quia hinc non verificatur, quòd Angelus operaretur ad quancunque distantiam: solum enim potest inferri, quòd Angelus in instanti A habeat suam substantiam præsentem vni loco extremo, & in instanti B se immediate sequenti ponat eam præsentem alteri loco extremo; quòd certe non est operari ad quancunque distantiam, ad quòd requirebatur, quòd dum ratione sue operationis erat in vno loco adæquato posset simul operari in alio distanti. Porro hoc, quòd est Angelum operari in instanti A in loco sibi adæquato, & in alio instanti sequenti se transferre & operari in alio adæquato quantumvis distanti, non arguit virtutem & activitatem maiorem & maiorem seu infinitam, sed summam velocitatem fundatam in omnimoda independentia & superioritate à commensuratione loci, quæ æquè convenit omnibus Angelis.

Et vt Adversariorum æquivocario penitus abigatur: Supponamus, quòd Angelus est prius tanquam in loco in Empyreo ratione sue operationis, & definit ibi operari, ex vi cuius esset nullus, & postea velit se alibi collocare tanquam in loco; certè nulla distantia ab Empyreo ad alium quancunque locum obstat illi, vt operaretur in eo, & faceret ei præsentem suam substantiam. Pariter ergo, quamvis Angelus sit in Empyreo velut in loco ratione sue operationis, nulla distantia obicit, vt possit in alio

alio loco quantumvis distanti inmediate operari, relicto Empyreo. Et insatur doctrina aliorum ex Adversariis, aientibus, quod Angelus potest moveri in instanti ab Empyreo ad terram, quin obset tam magna distantia, & ordo præfixus ab Authore naturæ. Per quod conficit ad omnia, quibus prædictum argumentum roborabatur, & urgebatur.

172 Arguitur *secundò*: Nam ita essentialis est ordo inter partes loci respectu creaturæ, sicut inter partes temporis; sed à tempore præterito in futurum non potest esse transitus nisi per præsens; ergo nec potest transire ab vno loco distanti in alium distantem nisi per medium.

Hoc argumentum aded futile est, vt iam illud & ipsi Adversarij parvipendant. Et merito: nam res præterita essentialiter connorat aliquando fuisse præsentem, quia si nunquam fuisset præsens, nequaquam posset dici *præterita*. At Angelus transiens de vno loco ad alium distantem non connorat essentialiter fuisse in medio, alias nec per divinam potentiam talis transitus posset fieri: quod tamen falsum esse ex eo colligitur, quod corpus Christi existens in caelo quotidie perducitur ad hostias consecratas, quin transeat per medium. ¶ Adde *primò*, quod Angelus ratione suæ durationis nequit tangere partes futuras, antequam existant: quia hoc est proprium attentitatis per essentiam: & hac ratione non potest fieri transitus de præterito in futurum nisi per præsens. At partes extremae spatij defacto existunt: & propterea Angelus potest transire de parte extrema ad aliam extremam, quin tangat intermedias. ¶ Adde *secundò*, quod Angelus necessario coexistit temporis nostro, eo ordine quo partes temporis nostri succedunt. At Angelus est in loco ratione suæ operationis liberè applicatæ, & potest operari in partibus extremis & non in intermedijs, prout sibi libuerit. ¶ Adde *tertiò*, quod suo modo etiam Angelus potest transire de præterito in futurum sine transitu per præsens: vt si in tempore præterito operatus est liberè, & non in præsentem, & operatus in tempore immediatè futuro; tunc tempus discretum mensurans operationes liberæ Angeli transeat de præterito in futurum & non per præsens.

173 Arguitur *tertiò*, & *ultimò*: Nam in quolibet motu debet dari aliquod *moveri* ante quodlibet *mutatum esse*; sed hoc nequit subsistere, nisi detur aliquod medium, per quod moveatur: ergo non potest Angelus moveri localiter de extremo ad extremum sine transitu per medium. Minor probatur: Nam dum mobile est in termino *à quo*, nondum movetur; & dum est in termino *ad quem*, iam habet mutatum esse, ergo nequit verificari *moveri*, nisi in medio.

Et confirmatur: Nam si Angelus posset transire de extremo ad extremum sine transitu

per medium, etiam corpus, vt si Angelus portans lapidem motu illo discreto moveretur, hoc non debet admitti: ergo.

Ad argumentum respondetur cum Div. Thoma in præf. art. 2. ad 3. his verbis: *Dicendum, quod in motu continuo mutatum esse non est pars moveri, sed terminus. Unde successio diversorum locorum etiam sine medio constituit talem motum.* ¶ Adde, quod ex hoc argumentum tantam inferatur, quod aliquod medium debeat pertransiri, vt perveniat ad extremum ad extremum, non verò colligitur, quod omnia media debeant pertransiri: quod si ita est, deficit motivum præcipuum Adversariorum, quia non servatur ordo præfixus ab Authore naturæ.

Ad confirmationem respondetur, quod Angelus in casu proposito solum moveretur continue motu per accidens ad motum lapidis, quem ipse solum continue moveret. Adde, quod si Angelus vellet movere non solum illum lapidem, sed etiam partes extremas loci, & non intermedias; tunc moveretur per se motu discreto, & motu per accidens continuo.

DUBIUM X.

Vtrum motus Angeli tam continuus, quam discretus possit fieri in instanti?

174 Nota, ad motum localem propriè dictum, prout distinguitur à simplici mutatione, omninò requiri, quod fiat transitus de loco in locum, hoc est, quod mobile priùs existat in vno loco, & post acquirat alium: per hoc enim distinguitur à simplici mutatione: nam hæc non petit procedere de loco positivo ad positivum, sed de negativo in positivum. Et propterea supponimus cum omnibus Doctoribus, hanc simplicem mutationem fieri posse in instanti: quod tunc contingit quando Angelus esset priùs nullibi, & post vellet se collocare in aliquo loco. Unde difficultas; quam movet D. Thomas in præf. art. 3. tantum procedit de motu locali, prout distinguitur à simplici mutatione, & prout complectitur tam motum discretum, quam motum continuum, Maioris claritatis gratia eam in diversos §§. subdividimus:

* * * * *

§. I.

Prior assertio erga motum continuum.

175 **D**icendum est *primò*, motum Angeli continuum ex parte spatij non posse fieri in instanti. Diximus *ex parte spatij*: quia in motu continuo ex parte sui aperta est implicatio. Hanc conclusionem expresse tenet D. Thomas hic, quodlib. 9. art. 9. in 1. dist. 37. quart. 4. art. 3. Angelic. Doctorem sequuntur omnes eius discipuli, & ex Societate Vazquez disp. 197. Valencia, Arrubal & alij.

Et probatur ratione: Nam implicat in terminis, quod spatium, per quod fit motus, habeat successiorem, secundum quod est pertransibile tali motu, & quod ipse motus non habeat eandem proportionalem successiorem; sed hoc ipso nequit fieri in instanti. Maior probatur: Tum, quia alias motus adquiretur spatio, & non adquiretur: adquiretur, quia, vt supponitur, corresponderet omnibus & singulis eius partibus: non adquiretur, quia non haberet rationem prioris, & posterioris ipsis partibus spatij correspondentem. Tum etiam: nam cum spatium sit quid permanens, nequit esse in eo ordo prioris, & posterioris nisi secundum denominationem extrinsecam ab ipso motu proveniente: ergo implicat in terminis, quod spatium vt pertransibile per motum sit successivum & quod motus exerceretur in instanti.

176 Respondebis, ex nostra ratione tantum inferri, quod tam in motu Angeli continuo, quam in spatio vt pertransibili detur successio secundum prioritatem, & posterioritatem naturæ; tunc verò quod detur successio secundum ordinem temporis.

Sed contra est *primò*: Nam Angelus movens se motu continuo & transiens per partes medias ad extremas non solum transit per eas secundum conceptionem nostram, sed etiam vere & realiter: ergo in spatio vt pertransibili motu verè continuo non solum datur successio iuncta data præcisè in conceptione nostra, sed etiam secundum ordinem temporis. ¶ *Secundò*: Nam si tantum daretur successio secundum prioritatem & posterioritatem naturæ, seu in consideratione nostra non haberet motus Angeli continuus, unde distingueretur a motu eius discreto: siquidem vterque careret successione reali, & in vtroque potest concipi à nobis aliqua successio rationis. ¶ Nisi avis dicere, quod in motu discreto non datur adhuc successio secundum ordinem naturæ seu in conceptione nostra, bene verò in motu continuo. ¶ Sed contra est: Nam si in vtroque motu acquiratur simul similitudo reali tam medium, quam extremum, quodnam maius fundamentum habebit intellectus nollet

ad concipiendum, quod medium in vno haberet prioritatem naturæ, & non in alio? ¶ *Tertiò* & *ultimò*: Nam si in motu Angeli continuo daretur tantum successio secundum prioritatem & posterioritatem naturæ seu in consideratione nostra, & non successio realis secundum prioritatem & posterioritatem temporis, sequeretur, quod Angelus posset naturalia sua virtute esse simul similitudo reali in duplici loco adæquato, v. g. in caelo, & in terra, vt ex se liquet, quod est impossibile, & contra Damasc. lib. 2. Fidei cap. 3.

§. II.

Posterior assertio circa motum discretum.

177 **D**icendum est *secundò*, motum Angeli discretum non posse fieri in instanti. Hanc etiam expresse docet D. Thomas locis supra relatis, quem sequuntur omnes eius discipuli.

Et probatur ratione: Nam ad motum discretum localem requiritur omninò successio vnius operationis post aliam; sed implicat dari successiorem vnius operationis post aliam in instanti: ergo implicat, motum discretum Angeli fieri in instanti. Maior, in qua tantum potest esse difficultas, suadetur. Tum, quia motus Angeli discretus importat vnam operationem, per quam Angelus est in termino *à quo* positivo, & aliam per quam est in termino *ad quem* positivo, non modo permanenti, sed discreto & successivo modo; aliàs non esset motus de loco in locum, sed existentia simultanea & quæta in vtroque loco: ergo ad motum discretum localem requiritur omninò successio vnius operationis post aliam. Tum etiam: nam ad motum localem omninò pertinet, quod mobile aliter se habeat nunc ac antea, sed hoc nequit verificari nisi detur successio realis vnius operationis post aliam; ergo ad motum localem discretum omninò requiritur successio vnius operationis post aliam.

178 Respondebis, ad motum discretum solum desiderari tantum quid intrinsecum acquisitionem termini *ad quem*, & derelictionem termini *à quo*. Porro acquisitionis termini *ad quem* potest exerceri in instanti; & cum in eodem instanti, in quo acquiritur terminus *ad quem*, deseratur terminus *à quo*, hinc est, quod motus discretus quoad omnia sua intrinseca possit compleri in instanti.

Sed contra est: Nam motus discretus est transitus à loco in locum: ergo existentia in vtroque loco requiritur vt quid essentialis & intrinsecum prædicto motui. Antecedens est certum; aliàs non esset motus localis, qui ex generali ratione motus est transitus de termino posi-

tivo ad terminum positivum. Consequentia vero probatur: Tum, quia transitus de loco in locum idem est, ac commutatio vnius loci pro alio; sed commutatio vnius loci pro alio importat intrinsecè & essentialiter existentiam in vtroque loco, sicut ad permutationem vnius rei pro alia vtraque res essentialiter & intrinsecè requiritur: ergo existentia mobilis in vtroque loco requiritur essentialiter, vt quid essentialè & intrinsecum motui discreto. Tum etiam: nam sicut simplex mutatio est transitus de termino privativo aut negativo ad terminum positivum, ita motus discretus est transitus de termino positivo ad terminum positivum; sed quia simplex mutatio est transitus de termino privativo ad terminum positivum, pertinet intrinsecè & essentialiter ad eam, quòd mobile prius sit sub non esse termini positivi, & immediatè post sub esse termini positivi: ergo etiam ad motum discretum essentialiter & intrinsecè spectat existentia in vtroque loco.

179 Tum denique: quia motus continuus, & discretus conveniunt in hoc, quòd vterque est suo modo transitus de loco in locum, seu commutatio vnius loci pro alio, licet differant in eo, quòd motus continuus sit per partes, seu per medium vt medium, secus verò motus discretus, vt multoties diximus; sed de ratione intrinsecè motus continui est existentia in vtroque loco: ergo etiam de ratione intrinsecè motus discreti est existentia in vtroque loco. Consequentia à paritate constat. Minor verò probatur: Nam de ratione motus continui est, quòd mobile per eum partim sit in termino à quo, & partim in termino ad quem, vt readit D. Thomas in præf. art. 1. ad 1. ergo est de intrinsecè ratione illius existentia in vtroque loco.

180 Adde primò (per quod preoccupatur quædam tacita obiectio) Nam quamvis de motu continuo verè & propriè verificetur, quòd mobile partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem, dum est in medio, secus verò de motu discreto; at tamen mobile per motum discretum suo modo est etiam partim in termino ad quem, & partim in termino à quo: quia existentia in termino à quo, prout dicit ordinem viæ & potentialitatis ad existentiam in termino ad quem, est quodammodò medium inter vtrumque terminum: ergo etiam est de ratione illius existentia in vtroque loco.

Adde secundò (per quod dispellitur equivocatio Adversariorum) Nam vel negandus est Angelo motus discretus; vel eadem ratio est ad hoc, vt existentia in vtroque termino sit de intrinsecè ratione ipsius: Nam eadem proprietate, qua verificatur, quòd dum est in termino à quo, nondum movetur, etiam verificatur, quòd iam non movetur, dum est in termino ad quem; sed in instanti, quo verificatur Angelum deserere

terminum à quo, & acquirere terminum ad quem, iam verificatur, quòd est in termino ad quem: ergo vel negandum est, quòd existentia in termino ad quem est de intrinsecè ratione motus; vel concedendum, quòd existentia in vtroque termino est de intrinsecè ratione illius; vel eandem negandus est Angelo motus discretus.

Accedit: quòd motus Angeli discretus se habet ad modum quantitatis discretæ: cum hoc tamen discrimine, quòd quantitas discreta est quid permanens, & motus discretus quid successivum; constat autem, quòd prima unitas est pars intrinsecè numeri, & illi essentialis: ergo etiam motus discretus resultat ex existentia in termino à quo, & ex existentia in termino ad quem velut ex duabus partibus illi intrinsecis & essentialibus.

§. III.

Opinio contraria cum suis fundamentis.

181 **S**cotus in 2. dist. 2. quæst. 12. **O**

Molina hic, Becan. 1. part. cap. 1. de Angelis quæst. 6. conc. 4. docent, Angelum posse tam motu continuo, quam discreto moveri in instanti de vno loco ad alium proximum, quicquid sit de loco distanti: quorum præcipuum fundamentum ex dictis manet enervatum. Nihilominus:

Arguitur primò: Angelus potest moveri tanta velocitate, vt nulla datur proportio inter eius motum & motum corporis; sed hic excessus nequit stare, si motus Angeli nequit fieri in instanti: ergo Minor patet: Nam inter quælibet duo tempora finita datur aliqua proportio.

Nec valet, si dicas, quòd ad salvandum excessum prædictum non requiritur, quòd Angelus possit moveri in instanti: sed sufficit, quòd eius motus possit exerceri in tempore minori & minori vsque in infinitum.

Non (inquam) valet. Primò: quia ex hoc sequitur, virtutem motivam Angeli esse infinitam. Nam potentia, que potest attingere effectum perfectiorem & perfectiorem in infinitum, est simpliciter infinita: vt liquet in potentia Dei; & conversò in lumine gloriæ creato, quod, quia est simpliciter finitum, non potest esse ratio videndi Deum perfectiori & perfectiori modo in infinitum; sed idem est virtutem Angeli posse moveri in tempore minori & minori in infinitum, ac posse producere effectum perfectiorem & perfectiorem in infinitum: ergo esset simpliciter infinita.

Secundò: Nam inde sequitur, Angelum superiorem non posse moveri velocius, quam inferiori: quia ex vna parte nullus Angelus potest moveri in instanti, & ex alia quilibet An-

ge-

Dub. X. Utrum motus Angeli tam continuus, quam discretus possit esse? 169

gelus potest moveri in tempore minori & minori in infinitum; hoc videtur absurdum: ergo.

182 Ad hoc argumentum respondetur sustinendo solutionem inter arguendum datam. Et ad primam probationem (que reverè magis vrget contra Adversarios, quia multò magis est posse Angelum moveri in instanti, quam in tempore minori & minori in infinitum, vt ex se liquet) dicendum est, quòd tunc productio effectus perfectioris & perfectioris in infinitum arguit infinitatem simpliciter talem, quando requiritur ex parte cause perfectio maior & maior in infinitum, scilicet verò quando exigit tantum superioritatem ordinis. Igitur hoc est discrimen inter potentiam Dei & lumen gloriæ ex vna parte, & virtutem motivam Angeli ex alia, quòd potentia Dei, quia potest producere effectus perfectiores & perfectiores vt excedentes in perfectione specificè in infinitum, est simpliciter infinita; & lumen gloriæ, quod potest elicere virtutem intensiorem & intensiorem in infinitum, esset etiam simpliciter infinitum. At virtus, que potest se movere in tempore minori & minori in infinitum, solum requirit superioritatem ordinis: quia tantum petit remotionem omnium impedimentorum, vt reperitur in quolibet Angelo; & est eiusdem rationis cum illis virtutibus, que possunt se extendere ad plura & plura individua in infinitum intra eandem speciem, vt est virtus caloris, qui potest producere plures & plures ignes in infinitum, & quodlibet lumen gloriæ potest se extendere ad plura & plura individua in infinitum intra eandem speciem. Vnde D. Thomas supra quæst. 25. art. 2. ad 3. docet, infinitatem divinæ potentie non manifestari in motu; cum tamen constet, illam posse esse causam motus velocioris & velocioris in infinitum. Per quod patet ad secundam probationem.

183 Arguitur secundò: Nam illuminatio fit in instanti: item si corpus moveretur per vacuum, posset moveri in instanti: tandem corpus gloriosum potest localiter moveri in instanti: ergo etiam Angelus. Probatur consequentia: Nam idè in prædictis exemplis verificatur, quia nulla est resistentia ex parte mediæ retardans prædictum motum; sed nec est in Angelo: ergo.

Ad argumentum respondetur, præfata exempla levissima esse. Ad primum enim dicimus, quòd in illuminatione pars luminis, que est in medio, non est eadem cum lumine, quod recipitur in extremo: & sic ibi est ordo causalitatis, qui non requirit successiorem & tempus, sed præcisè prioritatem naturæ. Vnde D. Thomas hic art. 3. in corp. & ad 2. docet, quòd illuminatio non est proprie motus, sed simplex mutatio, quia non est transitus à positivo in positivum, ob quam rationem exercetur in instanti. At in motu Angeli idem Angelus transit per medium ad extremum, & ibi nullus ordo causalitatis reperitur, estque

Paul. Theol. Salm. Tom. II.

transitus de termino positivo in positivum, idèd- que nequit exerceri in instanti.

Ad secundum, & tertium: Respondetur, quòd successio motus localis non solum provenit ex resistentia mediæ, sed etiam ex natura ipsius motus, qui est transitus à termino positivo ad positivum; & hac de causa nec corpus potest moveri in instanti per vacuum, nec corpus gloriosum. Vnde ex his exemplis potius debet inferri, quòd Angelus nec discrete nec continue queit moveri in instanti. Mittimus alia argumenta, quia, vt monuimus, ex dictis manent enodata.

DISPUTATIO II.

De Intellectu Angeli.

Ramissa disputatione de Angelorum substantia, rectus procedendi modus erigit, vt de eorum proprietatibus sermo instituitur. He sunt intellectus & voluntas: sed quia intellectus est prior origi- & dignitate, prius de illo, necnon de eius principijs, hoc est, speciebus, & de intellectu, agendum est. Sed in limine huius disputationis plura debent supponi vt potèd pertinentia & exagitata in alijs tractatibus. Nam imprimis debet supponi, Angelos esse substantias intellectuales, id est, intellectu præditos. Hoc, præterquam quòd est de fide, & colligitur ex pluribus sacra pagine testimonijs, satis constat ex dictis tract. 3. disp. 1. dub. 1. vbi cum D. Thoma ostendimus, omnem substantiam immaterialem esse cognoscitivam, & purè spiritualem esse intellectuam. Debet deinde supponi cum communi calculo Thomistarum, contra communiem sententiam Iesuitarum, & Scotistarum, intellectum Angeli esse realiter distinctum ab eius natura. Debet etiam supponi, intellectum esse distinctum realiter ab eius intellectu, & potiori titulo ab eius substantia: Quia de eius conceptu est, quòd sit vitalis; sed est contra conceptum vitæ in actu secundo identitatis realis cum suo principio: ergo debet dari distinctio realis inter intellectum angelicum, & quamlibet eius intellectuam. Maxime: quia sola potentia infinita, & que sit actus purus identificat realiter suum actum secundum. Debet tandem supponi ex libris de Anima, ad quamlibet intellectum requiri aliquam speciem.

His præsuppositis.

* * * * *

DU.